EMVNDI MERILLII I.C. OBSERVATIONVM LIBRI III.

AD JLLVSTRISSIMVM ET AMPLISSIMVM VIRVM GVILLELMVM DV VAIR Franciæ Procancellarium.

LVTETIÆ PARISIORVM.

Sumptibus NICOLAI BVON, via Iacobea ſub ſignis S. Claudij & hominis Silueſtris.

M. DC. XVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

ILLVSTRISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO GVILLELMO DV VAIR Franciæ Procancellario

EMVNDVS MERILLIVS S.

IN pleriſq; animis noſtrorum hominum, ciuilis ſapientiæ ſtudium quibuſdam retrò annis oblanguiſſe, non eſt diffitendum (Vir illuſtriſſime.) Principem locum tenentes in rebus, habebant inſuper, nec incentiuo honorum, aut præmiorum excitabant: priuati conficiendis pecunijs magis ſtudebant: quarum vi potiſſima ad magiſtratus, atq; alias dignitates aditum ſibi futurum, & vltimam de eruditione quæſtionem fore nouerant. Ciuitates quædam ad ſeruanda priuilegia, & commoda ciuium, profeſſorias exercitationes retinuerunt. Sed quantulum eſt præmij ad magnos ſpiritus ingerendos, quod quàm minimum poſſunt illæ conſtituunt, ſuis obuentionibus, veluti patrimonijs comparcentes? Anteceſſores vel eò contem-

EMVNDI MERILLII I. C.
OBSERVATIONVM
LIBER PRIMVS.

Iuriſconſulti Philoſophis & Philoſophi Iuriſconſultis viciſſim ſubæmuli. Ad l. 1. D. de iuſtit. & iur.

CAPVT I.

VT qui prædia habent contermina, ratione confinij ſæpe iurgant, ſéque homines ſolent de vicinitate collidere, vt eſt apud Caſſiodorum: ſic Philoſophi & Iuriſconſulti, quia vicinos habent circa ſapientiam, ſeu diuinarum rerum, humanarúmque notitiam terminos, ſibi fuerunt inuicem ſubæmuli. Hi & illi ſacerdotes ſe profitentur: hi & illi ſapientes dicti: hi & illi de rebus diuinis atque humanis agunt. Craſſus verò apud M. Tullium, vnum XII. Tab. libellum bibliothecis omnium Philoſophorum anteponit. Contrà Philoſophi. Fabius l. 5. Inſtit. cap. 11. *Libri etiam Philoſophorum, qui quamquam inferiora omnia præceptis ſuis ac litteris ducunt.* Gellius ex Iuriſconſultis lib. 10. cap. 22. *Non de illa ſcilicet Philo-*

EMVNDI MERILLII I.C. EXPOSITIONES IN QVINQVAGINTA DECISIONES IVSTINIANI.

AD ILLVSTRISSIMVM ET AMPLISSIMVM VIRVM NICOLAVM VERDVNVM, Sacri Conſiſtorij Conſiliarium, Fratris Regis vnici Cancellarium, Senatus Pariſienſis Principem.

LVTETIÆ PARISIORVM.

Sumptibus NICOLAI BVON, via Iacobæa ſub ſignis S. Claudij & hominis Silueſtris.

M. DC. XVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ILLVSTRISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO NICOLAO VERDVNO, SACRI Conſiſtorij Conſiliario, Fratris Regis vnici Cancellario, Senatus Pariſienſis Principi,

EMVNDVS MERILLIVS S.

IN *Carmania gemmæ Callaidis, ex genere Topaſij venatum talem eſſe perhibent (vir Illuſtriſſime)* Naſcitur in rupibus inuiis, & gelidis, oculi figura extuberans, leuitérq; adhærens; nec vt agnata petris, ſed vt appoſita. Quapropter ſcandere ad eam pigritia pedum equeſtres populos tædet, ſimul & periculum terret: Ergo fundis è longinquo inceſſunt, & cum toto muſco excutiunt: hócque vectigal, hoc geſtamen, diuites in ceruice gratiſſimum norunt: hic cenſus, hæc gloria à pue-

EMVNDI MERILLII I.C. EXPOSITIONES IN QVINQVAGINTA DECISIONES Iuſtiniani.

I. *Lex 1. Cod. de comm. ſeru. manumiſſ.*

Imp. Iuſtinianus A. Iuliano præfecto prætorio.

IN *communes ſeruos, eorúmque libertates, & quando cuidam domino pars libertatem imponentis accreſcit, nécne, & maximè inter milites, qui huiuſmodi imponunt libertates, ambiguitas multa exorta eſt apud veteres iuris auctores: & inuenta eſt conſtitutio apud Marcianum, in conſtitutionibus Diui Seueri, per quam idem Imperator diſpoſuit, neceſſitatem imponi heredibus militis comparare partem ſocij, & ſeruum libertate donare. Sed & alia conſtitutio Diuorum Seueri & Antonini principum reperta eſt, ex qua generaliter neceſſitas imponebatur ſocio, partem*